

In Frisia orientali incidi in Ministrum quendam
nomine Jh. Fickium, qui mihi scriptum quoddam tuum
de sententia D. Piscatoris exhibuit. Obnixè Tuam
Dignitatem rogo, ut illius quoque per amanuensem ali-
quem me participem faceret, non dedignetur.
Lausanne 13. Martij 1614.

185.

Car. D. Pareo Lib. Lubbertus S. D. P.
Superiori estate scribebam et simul mittebam
tibi meos commentarios ad errores Vorstii.
Ab eo tempore nihil abs te accipi, ut ambigam, an
tibi aliquid humanitatis acciderit. Rogo autem Te,
mi Paree, si adhuc superstes es, ut me de tua va-
letudine certiore facias, et simul significes
an in refutatione Bellarmini pergas. Ego redi-
eram ad Bellarminum, sed non permittunt Hollandi,
ut in eo reterepeudo laborem. Vorstius enim
contra me edidit paradoxon, in qua causa deser-
ta ad convicia protulatur. Ego jam para-
veram responsionem, sed ejus editionem dispuent
Amici. Ab eo tempore etiam Protius in me
irruit, et per meum litus oppugnat totum regi-
men Ecclesiarum nostrarum. Haec etiam respondi
et eam responsionem post paucos dies typographo
dabo. Si non est molestum perscribere ad me judicium
tuum de transmissis commentariis. Saluta filium
tuum Philippum Pareum, et Henricum Albin-
gium, à quo etiam responsum expecto. Vale.
Franekeræ 1614. die 15. Januarij.

186.

Car. D. Pareo Jac. Fabricius S. P.
Biennium ferme est, vir Clarissime, quo nullus
ad te sedi literas, non tam voluntate mea vel
oblivione veteris nostrae amicitiae, quam quod
varius impeditis morbis à scribendi officio absti-
nere coactus fui. Vexavit me et excarnificavit
longo

238

longo tempore arthriti, vagabunda illa nunc has, nunc
alias corporis partes et membra infestans, illam sibi
excepit calculi; calculum dolores colici, cum quibus
omnibus ceu hostibus quibusdam in perniciem meam
conspirantibus ita simul unoque et eodem tempore
me conflagrare interdum oportuit, ut miserum essem
humanae miseriae et calamitatis spectaculum; nec
desuerunt sibi et causae suae hostes mei et coelestis
veritatis, qui occasionem inde calumniandi eam,
et me ac illam traducendi, variis de me confectis,
et in vulgum sparsis et publice jactatis mendaciis
sibi semserunt. Deo benedictus Deus in secula, qui
nunquam me sua gratia destituit, sed ita me
per spiritum suum consolatus est, animumque
meum confirmavit, ut in maximis et acerbis-
simis etiam doloribus de paterna eius erga me be-
nevolentia et liberatione, suo tempore secutura
non dubitarem, patientique animo omnia susti-
nuerim, ac viribus etiam corporis aliquo modo con-
firmatis post 50. septimanarum decursum,
quibus lecto affixus fui, conciones rursus aliquot
in templo publice habuerim, ubi calumniae
omnes evanuerunt. Nunc rursus per menses
aliquot decubui, sed minus graviter, ac conva-
lescere per Dei gratiam incipio, qui deinceps
faciat, quod bonum videbitur in oculis eius.
Res Ecclesiastica assidue in deterius ruit,
evocatis à Deo annis proximis tribus propter
summam hominum ingratitude[m] tribus Reipubl.
hujus Praeconsulibus, qui omnes orthodoxae doctri-
nae addicti fuerunt. Dominantur igitur nunc
et numero suffragiorum superiores sunt, et nostros
vincunt adversarii nostri in Senatu, et etiam
in Scabinatu et in centumvirorum ordine con-
stituti, quicives omnes et mercatores, exceptis is,

qui opificia exercent, vel in bajulorum numero sunt, representant, et à Senatu in centum virorum et sexaginta binorum seu iudicum ordinem cooptari solent. Ita florent jam illi et dominantur in tota Republ. seu statu Politico. In Ecclesia quoque nostros superant adversarii et plura jam templa habent, in quibus pro libitu agunt omnia quam annis superioribus. Nostrorum quoque, qui ex verbis Ministris supersunt vel valetudinarii sunt, vel senes, vel morti vicini. Ego et valetudinarius sum, morbis prope confectus et senex, qui annum jam statis ago 63. Ex Scholarchis unus tantum nobis adiectus est, duo vero nobis sunt doctrina, quam profitemur, contrarii, ut media nobis ferè omnia subtrahere velle Deo videtur, quæ ad propagationem celestis sue doctrinæ ac veritatis necessaria esse videntur, ad quæ tamen ut agens liberè, et qui omnia agit ex consilio voluntatis sue, ac ex laudibus etiam filios Abrahæ excitare et facere potest, adstrictus non est, nisi fortè hunc etiam locum tue veritatis sue celestis ob ingratitude privare constituit. Inter seniores autem Ecclesie Ministros, qui in hac urbe vivunt, etiam est vir Rev. Thomas Fabricius Pomeranus natione, qui etiam annum statis 60. superavit, et filium suum Benjaminum Heidelbergam studiorum causâ nunc mittit, et has tibi offert literas, et ex illis est, qui in fide virtutem hactenus prestiterunt, ut maxime Coleti collega sit, et in templo uno et eodem cum ipso labores Ecclesiasticos obeat, cui rem gratam feceris, si filio adjuvamento fueris, ut sine magnis sumptibus literis sacris et Philosophicis operam navare apud nos possit. Petulit stipendium later à Senatu nostro, sed nec ab illo, nec à Leabinis impetrare quicquam potuit, cum ultra annos triginta in scholis

in Scholis et templis diversis apud nos fidem operam
Ealesis et Scholis navavit, vivet igitur tenuis, ut
aliorum opera et sumptibus sit opus habiturus. Filius
meus major Vilna in Lithuania mercaturam exercet.
Medius Marburgi studio juris operam dat; minime
nata etiam mercatura animum applicabit, cum
literarum hic contentus magnus sit, et presertim
eorum, qui ad studium Theologicum applicaverunt ani-
mum, nisi Lutheromanibus addisti sint et convicia-
ri egregie possint, ut urgere eos ad applicandum ani-
mum ad literarum studia noluerim, cum ad ea
non magnopere illos natura ducit prater hunc
unum animadvertentem. D. Georgius Pauli meas
in concionando vices obit, quod ut ipsi concederetur,
non sine magno labore impetrari potuit. Docet
autem feliciter et cum bonorum approbatione,
ita ut non pauci etiam adversariorum illum au-
diant. D. Laubang iterum a nobis discessurus est, vo-
catus ad Rectoratum Scholae Bergensis a Principe
patris sui. Habuit stipendium 500. flor. et ni-
hilominus tamen ^{cum} majori cum fructu se patriam
inservire posse putat, et omnia hic satis quasi
in pejus ruere videat, in patriam post triduum
vel quatrimum abiturus est. Quis vero illi successu-
rus sit, non video. Cogitavi quidem et adhuc cogito
de subrogando in locum eius D. Georgio Pauli,
sed aliam esse mentem D.D. Scholarcharum intelli-
go. Mortuus etiam nuper est unus ex Praecepto-
ribus secunda Classis, in cuius locum suffici posset
M. Petrus Lopsius vel Petrus Welsius, sed et hoc
difficiliter me impetraturum video, et hoc causan-
tur, quod juvenes adhuc sint, et auctoritatem apud
discipulos nullam vel exiguam saltem habituri
sint. Si heterodoxi essent, facilius forte promo-
verentur. Vides vir Clariss. cum quibus et quam
varius jam conflictat malis, ex quibus hora una
grate migrationis ad Dominum me liberare

poterit. Respondi anno superiori ad d. partem
libelli famosi, et pleni calumniarum, quod ante annos
aliquot contra me Colety edidit, cum indes me la-
cessere et variis modis ledere non desineret, quam
responsionem te vidisse opinor, cum in vicinia vestra
Oppenheimii excusa sit, jam brevi sequetur pars
altera, quam et ipsam summa ~~expulsi~~ animi
ipsius intemperies et veritas ipsa, ne diutius illam
per latus quasi confodi paterer, sed cum concionando
et legendo non possum, scribendo ejus patrocinium
susceperem. Vale in Dno cum omnibus bonis.
Dantisci 1614. 13. Non. Maj.

187.

Carissimo J. Paro Phil. Hubnerus P.P.
Dominus Conradus Dasypodius pie memoria, annu-
cum ageret aetatis 63. ad me in hanc sententiam
scripsit, nescio, qui fiat, quod tam calamitosus
mihi est annus meus climactericus. Idem ante
biennium egomet dicere poteram. Nam annis 32.
quibus in urbe Bernensi vixi, nullas tam graves
sustinui molestias, atq; anno illo, qui mihi clima-
ctericus fuit. Ingratorum discipulorum, quos tan-
quam serpentes diu in sinu fovi, calumniis et
mendaciis magnatum quorundam animos contra
me exacerbatos esse, eos deniq; insidias mihi stru-
ere animadverti, ideo ut tutus ab illis esse possem, so-
lam verti, et extra urbem in locum 4. Horarum
spacio ab urbe distantem, qui Lützelstü nuncu-
patur, migravi. Hic pace fruor, Deo sit laus,
et minori labore et molestia ministerio fungor.
Consolatus me sum exemplo maximorum virorum,
quibus idem accidisse memineram, quod mihi evenit.
Nam Melanctonem Flacius, Sturmium Pappus,
ingrati oculi afflixerunt. Lignavidum eadem
fors manet, quia eidem negotium ipsi facescunt,
quibuscum